My natal kalends of March, day fairer to me than all the kalends, on which girls, too, send³ me a gift, for the fifty-seventh time cakes and this censer of incense I lay on your altars. To these years—but so that it be expedient on my asking—add, I pray, twice nine years, that I, not as yet dull with too protracted age, but when life's three courses⁴ are run, may reach the groves of the Elysian dame.⁵ Beyond this Nestor's span I will not crave even a day more.

XXV

If Mucius,⁶ whom of late you saw one morning in the arena, when he laid his hand upon the fire,

¹ Boyhood, manhood, old age. Housman's conjecture *arcubus* = *arcs*, i.e. the four segments into which the full circle of life (100 years) is divided: cf. Manil. ii. 844-55. M., being fifty-seven, would in eighteen years have completed three arcs, and not have reached the last arc of too protracted age. ² Proserpine.

³ cf. i. xxi.; viii. xxx. In this ep. M. takes a different view of the event, saying that the criminal representing Mucius chooses the lesser evil of losing only a limb.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

si patiens durusque tibi fortisque videtur,
Abderitanae pectora plebis habes.
nam cum dicatur tunica praesente molesta
"Ure manum," plus est dicere "Non facio." 5

XXVI

VARE, Paraetonias Latia modo vite per urbes
nobilis et centum dux memorande viris,
at nunc, Ausonio frustra promisse Quirino,
hospita Lagei litoris umbra iaces.
spargere non licuit frigentia fletibus ora, 5
pinguia nec maestis addere tura rogis.
sed datur aeterno victurum carmine nomen:
numquid et hoc, fallax Nile, negare potes?

XXVII

NATALI, Diodore, tuo conviva senatus
accubat et rarus non adhibetur eques,
et tua tricenos largitur sportula nummos.
nemo tamen natum te, Diodore, putat.

XXVIII ✓

ANNORUM nitidique sator pulcherrime mundi,
publica quem primum vota precesque vocant,

¹ The people of Abdera in Thrace were, like the Boeotians, notorious for their stupidity; cf. Juv. x. 50.

² The *tunica molesta*; cf. iv. lxxxvi. 8.

³ With which a centurion kept discipline among his soldiers.

⁴ i.e. whose return to Rome we were expecting.

BOOK X. XXV-XXVIII

seem to you enduring, and unflinching, and strong, you have the intelligence of Abdera's¹ rabble. For, when it is said to you, while the torturing tunic² is by you, "Burn your hand," it is the bolder thing to say "I refuse."

XXVI

NOTABLE but lately with Latin vine-rod³ mid Egypt's cities, and a captain of renown to thy hundred soldiers, yet now, O thou who wert promised in vain to Ausonian Quirinus,⁴ thou liest, an alien ghost, on the Lagaeau shore. 'Twas not allowed me to sprinkle thy chill cheek with my tears, nor to shed rich incense on thy lamented pyre. But there is given thee a name that shall live in deathless song: nay, treacherous Nile, canst thou refuse that too?⁵

XXVII

ON your birthday, Diodorus, the Senate is your guest at dinner, and few are the knights not invited, and your dole lavishes thirty sesterces on each guest.⁶ Yet no one, Diodorus, imagines you had a father.⁷

XXVIII

FATHER, most fair, of the years and of the bright universe, whom first of all Gods public vows and

¹ i.e. as well as his body?

² About double the usual dole. A larger than the usual dole was sometimes given (*sportula major*): cf. VIII. xlii. 1; IX. c. 1.

⁷ *Non natus*, a phrase expressing insignificance: cf. VIII. lxiv. 18.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

pervius¹ exiguos habitabas ante penates,
 plurima qua medium Roma terebat iter :
 nunc tua Caesareis cinguntur limina donis 5
 et fora tot numeras, Iane, quot ora geris.
 at tu, sancte pater, tanto pro munere gratus,
 ferrea perpetua claustra tuere sera.

XXIX

QUAM mihi mittebas Saturni tempore lancem,
 misisti dominae, Sextiliane, tuae ;
 et quam donabas dictis a Marte Kalendis,
 de nostra prasina est synthesis empta toga.
 iam constare tibi gratis coepere puellae : 5
 muneribus futuis, Sextiliane, meis.

XXX ✓

O TEMPERATAE dulce Formiae litus,
 vos, cum severi fugit oppidum Martis
 et inquietas fessus exiit curas,
 Apollinaris omnibus locis praefert.
 non ille sanctae dulce Tibur uxoris, 5
 nec Tusculanos Algidosve secessus,
 Praeneste nec sic Antiumque miratur ;
 non blanda Circe Dardanisve Caieta
 desiderantur, nec Marica nec Liris,
 nec in Lucrina lota Salmacis vena. 10

¹ *pervius* ζ, *praevius* codd.

¹ The old temple of Janus was near the Roman Forum, and represented Janus with two faces (*Janus Geminus*). Domitian built a new temple, giving Janus four faces (*quadri-frons*), in the Forum Transitorium : cf. VIII. ii. The other three forums were the F. Romanum, F. Julij, and F. Augusti.

prayers implore, thou, pervious once, didst afore-time inhabit a petty house, wherethrough populous Rome wore her thoroughfare. Now is thy threshold encircled with Caesarean offerings, and as many forums thou numberest, Janus, as the faces thou bearest.¹ But do thou, hallowed sire, thankful for a gift so great, guard thy iron portals with a bolt ever undrawn.²

XXIX

THE dish you used to send me at Saturn's season you have sent to your mistress, Sextilianus, and, at the cost of the toga you used to give me on the kalends named after Mars, has been bought a green dinner dress. Now your girls begin to cost you nothing: it is out of my presents, Sextilianus, you carry on your amours.

XXX

O TEMPERATE Formiae, darling shore! When he flies from stern Mars' town, and weariedly puts off distracting cares, 'tis you Apollinaris prefers to every spot. Not so does he admire his blameless wife's darling Tibur, nor the retreats of Tusculum or Algidus, not so does he admire Praeneste and Antium; Circe's witching headland or Dardan Caieta³ are not longed for, nor Marica⁴ nor Liris, nor Salmacis⁵ bathed in the Lucrine's waters. Here

² When the gate of the temple was shut, it was a sign that Rome was not at war.

³ Circeii and Caieta; cf. v. i. 5.

⁴ A Latin nymph, who had a temple and grove at Minturnae at the mouth of the Liris in Campania.

⁵ Probably a spring that fell into the Lucrine lake, and bearing the same name as the spring in Caria associated with the legend of Hermaphroditus; cf. vi. lxxviii. 10. It is here alluded to under the name of the nymph S.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

hic summa leni stringitur Thetis vento ;
 nec languet æquor, viva sed quies ponti ^{luc}
 pictam phælon adiuvante fert aura,
 sicut puellae non amantis aestatem
 mota salubre purpura venit frigus. 15
 nec saeta longo quaerit in mari praedam,
 sed a cubili lectuloque iactatam
 spectatus alte lineam trahit piscis. .
 si quando Nereus sentit Aeoli regnum,
 ridet procellas tuta de suo mensa : 20
 piscina rhombum pascit et lupos vernas,
 natat ad magistrum delicata muraena,
 nomenclator mugilem citat notum
 et adesse iussi prodeunt senes nulli.
 frui sed istis quando, Roma, permittis? 25
 quot Formianos inputat dies annus
 negotiosis rebus urbis haerenti ?
 o ianitores vilicique felices !
 dominis parantur ista, serviunt vobis.

XXXI ✓

ADDIXI servum nummis here mille ducentis,
 ut bene cenares, Calliodore, semel.
 nec bene cenasti : nullus tibi quattuor emptus
 librarum cenae pompa caputque fuit.
 exclamare libet : " Non est hic, inprobe, non est 5
 piscis : homo est ; hominem, Calliodore, comes."

XXXII

HAEC mihi quae colitur violis pictura rosisque,
 quos referat voltus, Caediciane, rogas?

¹ Nereus was a sea-god, and Aeolus the god of the winds.

BOOK X. xxx-xxxii

Ocean's surface is ruffled by a gentle breeze; yet is not the sea-floor still, but a slumberous swell bears on the gaudy shallop with the assisting air, as from the fluttering of a girl's purple fan, when she shuns the heat, there comes refreshing cool. The line seeks not its prey in the distant sea, but the fish, descried from above, draws down the cord cast from bed or couch. If ever Nereus feel the power of Aeolus,¹ the table, safe-supplied from its own store, laughs at the storm; the fishpond feeds turbot and home-reared bass; to its master's call swims the dainty lamprey; the usher summons a favourite gurnard, and, bidden to appear, aged mullets put forth their heads. But when dost thou, Rome, permit to enjoy those delights? How many days of Formiae does the year put to the credit of one tied to city business? O happy porters and bailiffs! Those delights are procured for your masters, they belong to you!

XXXI

You sold a slave yesterday for twelve hundred sesterces, Calliodorus, that you might dine well once. You have not dined well:² a four-pound mullet which you bought was the ornament and chief dish of your dinner. A man may cry, "This is not a fish, not a fish, you profligate: 'tis a man; a man, Calliodorus, is what you eat."

XXXII

This picture which is honoured by me with violets and roses—ask you, Caedicianus, whose features it

¹ M. plays on the meaning of *bene*, "sumptuously," or "well" in a moral sense.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

talīs erat Marcus mediis Antonius annis
 Primus : in hoc iuvenem se videt ore senex.
 ars utinam mores animumque effingere posset ! 5
 pulchrior in terris nulla tabella foret.

XXXIII ✓

SIMPLICIOR priscis, Munati Galle, Sabinis,
 Cecropium superas qui bonitate senem,
 sic tibi cōsōceri claros retinere penates
 perpetua natae det face casta Venus,
 ut tu, si viridi tinctos aeruginē versus 5
 forte malus livor dixerit esse meos,
 ut facis, a nobis abigas, nec scribere quemquam
 talia contendas cārmina qui legitur.
 hunc servare modum nostri novere libelli,
 parcere personis, dicere de vitiis. 10

XXXIV

DI tibi dent quidquid, Caesar Traiane, mereris
 et rata perpetuo quae tribuere velint :
 qui sua restituis spoliato iura patrono
 (libertis exul non erit ille suis),
 dignus es ut possis tutum¹ servare clientem : 5
 ut (liceat tantum vera probare) potes.

¹ *tutum* ζ , *totum* codd.

¹ Referred to also in x. xxiii.

² Epicurus (cf. vii. lxix. 3) or Socrates.

BOOK X. XXXII—XXXIV

presents? Such was Marcus Antonius Primus¹ in manhood's years: in this face the old man sees himself in youth. Would that art could limn his character and mind! More beautiful in all the world would no painting be!

XXXIII

SIMPLER than the Sabines of old, Munatius Gallus, who surpass the old Athenian² in goodness, so may chaste Venus grant you, by your daughter's unsevered marriage tie, to keep your alliance with her father-in-law's illustrious house, if you, when perchance malicious envy shall call mine verses steeped in poisonous gall, thrust that envy from me, as you do, and urge that no man writes such poems who is read. This measure my books learn to keep, to spare the person, to denounce the vice.

XXXIV

MAY the gods grant you, Caesar Trajanus, what-e'er you deserve, and be willing to confirm for all time what they have bestowed. You, who give back to the plundered patron his rights (no more will he be his own freedman's exile),³ are worthy of power to keep the client safe, power which—may you only be allowed to prove it true!—you have.

³ Trajan had forbidden clients and freedmen to bring accusations against their patrons: *Plin. Pan.* 42. M. now pleads for the client.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

XXXV ✓

OMNES Sulpiciam legant puellae
 uni quae cupiunt viro placere ;
 omnes Sulpiciam legant mariti
 uni qui cupiunt placere nuptae.
 non haec Colchidos adserit furorem, 5
 diri prandia nec refert Thyestae ;
 Scyllam, Byblida nec fuisse credit :
 sed castos docet et probos amores,
 lusus delicias facetiasque.
 cuius carmina qui bene aestimarit, 10
 nullam dixerit esse nequiores,
 nullam dixerit esse sanctiorem.
 tales Egeriae iocos fuisse
 udo crediderim Numae sub antro.
 hac condiscipula vel hac magistra 15
 esses doctior et pudica, Sappho :
 sed tecum pariter simulque visam
 durus Sulpiciam Phaon amaret.
 frustra : namque ea nec Tonantis uxor
 nec Bacchi nec Apollinis puella 20
 erepto sibi viveret Caleno.

XXXVI

INPROBA Massiliae quidquid fumaria cogunt,
 accipit aetatem quisquis ab igne cadus,
 a te, Munna, venit : miseris tu mittis amicis
 per freta, per longas toxica saeva vias ;

¹ Medea. ² cf. III. xlv. 1.

³ One of the native Italian Camenae, or Muses, said to have been the wife of Numa, an early king of Rome : cf. vi. xlvii. 3. The grot was at the *Porta Capena*, or at Aricia.

⁴ cf. x. xxxviii.

XXXV

LET all young wives read Sulpicia, who wish to please their lords alone; let all husbands read Sulpicia, who wish to please their brides alone. She claims not as her theme the frenzy of the Colchian dame,¹ nor does she recount Thyestes' dreadful feast;² Scylla and Byblis she does not believe ever were; but she describes pure and honest love, toyings, endearments, and raillery. He who shall weigh well her poems will say no maid was so roguish, will say no maid was so modest. Such—I would believe—were Egeria's³ pleasantries in Numa's dripping grot. With her as your school-mate, or with her as your teacher, you would have been more learned, Sappho, and have been chaste; but coy Phaon, had he seen her with Sappho and by her side, would have loved Sulpicia. In vain; for neither as the Thunderer's spouse, nor as Bacchus' or Apollo's mistress, were her Calenus taken from her, would she live.⁴

XXXVI

WHATEVER Massilia's vile smoke-rooms store,⁵ whatever jar acquires its age from the fire, comes from you, Munna; to your wretched friends you consign over the sea, over long roads, deadly poison, and not

⁵ Wine was matured by being kept over the heat of the furnace, but at Massilia the process appears to have been overdone, and a taste of smoke clung to the wine: *cf.* III. lxxxii. 23; XIII. cxxiii.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

nec facili pretio sed quo contenta Falerni 5
 testa sit aut cellis Setia cara suis.
 non venias quare tam longo tempore Romam,
 haec puto causa tibi est, ne tua vina bibas.

XXXVII

Iuris et aequarum cultor sanctissime legum,
 veridico Latium qui regis ore forum,
 municipi, Materne, tuo veterique sodali
 Callaicum mandas si quid ad Oceanum—
 an Laurentino turpis in litore ranas 5
 et satius tenues ducere credis acus,
 ad sua captivum quam saxa remittere mullum,
 visus erit libris qui minor esse tribus?
 et fatuam summa cenare pelorida mensa
 quosque tegit levi cortice concha brevis 10
 ostrea Baianis quam non liventia testis,
 quae domino pueri non prohibente vorent?
 hic olidam clamosus ages in retia volpem
 mordebitque tuos sordida praeda canes:
 illic piscoso modo vix educta profundo 15
 impedient lepores umida lina meos.
 dum loquor ecce redit sporta piscator inani,
 venator capta maele superbus adest:
 omnis ab urbano venit ad mare cena macello.
 Callaicum mandas si quid ad Oceanum— 20

¹ M. proceeds to compare, with regard to advantages, Laurentum with Spain, whither he is now returning. He is

at an easy price, but at one which would satisfy a crock of Falernian or Setine, dear to its own cellars. Why you do not come to Rome after such an interval this is, I think, your reason: you shun drinking your own wines.

XXXVII

Most conscientious student of law and of just statutes, who with your truthful tongue rule the Latin forum, if you have any commission, Maternus, to the Spanish ocean for your townsman and old comrade—or¹ do you think it better on Laurentum's shore to pull up ugly frogs and thin needle-fish,² than to return to its own rocks the captive mullet which shall seem to you of less than three pounds? and to dine on a tasteless Sicilian lobster set at the top of the table, and on fish which with a smooth coating a small shell covers,³ than on oysters that do not envy the shell-fish of Baiae, and which slaves devour, unforbid by their master? Here with shouts you will drive into your toils a stinking vixen, and the foul quarry will bite your hounds; there the net, scarce drawn just now from the deep that teems with fish, will, all dripping, enmesh my own hares. While I speak, see, your fisherman comes home with empty creel, your huntsman is at hand, exulting in a badger caught! all your dinner by the sea comes from the city market. If you have any commission to the Spanish ocean—

supposed to be at Laurentum paying a farewell visit to Maternus.

² From the marshes of Laurentum.

³ Probably mussels (*mituli*): cf. III. lx. 4.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

XXXVIII

O MOLLES tibi quindecim, Calene,
quos cum Sulpicia tua iugales
indulsit deus et peregit annos!
o nox omnis et hora, quae notata est
caris litoris Indici lapillis! 5
o quae proelia, quas utrimque pugnas
felix lectulus et lucerna vidit
nimbis ebria Nicerotianis!
vixisti tribus, o Calene, lustris:
aetas haec tibi tota computatur 10
et solos numeras dies mariti.
ex illis tibi si diu rogatam
lucem redderet Atropos vel unam,
malles quam Pyliam quater senectam.

XXXIX

CONSULE te Bruto quod iuras, Lesbia, natam,
mentiris. nata es, Lesbia, rege Numa?
sic quoque mentiris. namque, ut tua saecula narrant,
ficta Prometheo diceris esse luto.

XL.

SEMPER cum mihi diceretur esse
secreto mea Polla cum cinaedo,
inrupi, Lupe, non erat cinaedus.

XLI

MENSE novo Iani veterem, Proculeia, maritum
deseris atque iubes res sibi habere suas.

¹ cf. VI. IV. 3.

³ One of the Fates.

² Fifteen years.

⁴ i.e. the age of Nestor.

XXXVIII

OH, those fifteen years, rapturous to you, Calenus, those wedded years which, along with your Sulpicia, the god accorded and accomplished! O nights and hours, each marked with the precious pebbles of India's shore! Oh, what conflicts of endearments, what rivalry of love between you did your happy couch witness, and the lamp o'ersated with showers of Nicerotian¹ perfume! You have lived, O Calenus, three lustres:² this is all the life you sum, and you count your married days alone. Of them should Atropos³ restore you even one long asked for, you would choose it rather than four spans of Pylia⁴ old age.

XXXIX

You swear, Lesbia, you were born when Brutus was consul: you lie. Were you born, Lesbia, when Numa was king? There, too, you lie; for—as your generations declare—you are said to be fashioned of Promethean clay.⁵

XL

SINCE my Polla was always being reported to me as consorting in secret with a ———, I broke in upon them, Lupus. He was not a ———⁶

XLI

IN Janus' opening month you abandon your old husband, Proculaia, and bid him keep his own

¹ i.e. incredibly old. P. fashioned the human race out of clay: cf. IX. xlv. 8.

⁶ i.e. but much worse.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

quid, rogo, quid factum est? subiti quae causa doloris,
nil mihi respondes? dicam ego, praetor erat:
constatura fuit Megalensis purpura centum 5
milibus, ut nimium munera parca dares,
et populare sacrum bis milia dena tulisset.
discidium non est hoc, Proculeia: lucrum est.

XLII

TAM dubia est lanugo tibi, tam mollis ut illam
halitus et soles et levis aura terat.
celantur simili ventura Cydonea lana,
pollice virgineo quae spoliata nitent.
fortius inpressi quotiens tibi basia quinque, 5
barbatus labris, Dindyme, fio tuis.

XLIII

SEPTIMA iam, Phileros, tibi conditur uxor in agro.
plus nulli, Phileros, quam tibi reddit ager.

XLIV

QUINTE Caledonios Ovidi visure Britannos
et viridem Tethyn Oceanumque patrem,
ergo Numae colles et Nomentana relinquis
otia, nec retinet rusque focusque senem?

¹ *Tuas res tibi habeto* was the legal formula of divorce.

² In honour of Cybele, the Great Mother of the Gods. It was scenic, and held in April.

BOOK X. XLI-XLIV

property.¹ What, I ask, what is the matter? What is the reason of this sudden resentment? Do you answer me nothing? I will tell you: he was praetor. The purple robe of the Megalensian² festival was likely to cost a hundred thousand sesterces, should you give even a too thrifty show, and the Plebeian festival³ would have run off with twenty thousand. This is not divorce, Proculeia: it is good business.

XLII

So shadowy is the down on thy cheeks, so soft that a breath, or the sun, or a soft breeze, rubs it away. With such a fleecy film are veiled ripening quinces, that gleam brightly when plucked by maiden fingers. Whenever I have too strongly impressed upon thy cheek five kisses, I become, Dindymus, bearded from thy lips.

XLIII

ALREADY, Phileros, your seventh wife is being buried on your land. Better return than yours, Phileros, land makes to no man.⁴

XLIV

QUINTUS OVIDIUS, purposing to visit the Caledonian Britons, and green Tethys, and father Ocean, can it be you desert the hills of Numa and Nomentan ease, and do not your fields and fireside hold you

¹ The *Ludi Plebei*, held in November in the Flaminian Circus.

⁴ i.e. he succeeds to their estates: cf. II. lxxv. 4; v. xxxvii. 24.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

gaudia tu differs : at non et stamina differt 5
 Atropos atque omnis scribitur hora tibi.
 praestiteris caro (quis non hoc laudet ?) amico
 ut potior vita sit tibi sancta fides ;
 sed reddare tuis tandem mansure Sabinis
 teque tuas numeres inter amicitias. 10

XLV

Si quid lene mei dicunt et dulce libelli,
 si quid honorificum pagina blanda sonat,
 hoc tu pingue putas et costam rodere mavis,
 ilia Laurentis cum tibi demus apri.
 Vaticana bibas, si delectaris aceto : 5
 non facit ad stomachum nostra lagona tuum.

XLVI

OMNIA vis belle, Matho, dicere. dic aliquando
 et bene ; dic neutrum ; dic aliquando male.

XLVII

VITAM quae faciunt beatiorem,
 iucundissime Martialis, haec sunt :
 res non parta labore sed relicta ;
 non ingratus ager, focus perennis ;
 his numquam, toga rara, mens quieta ; 5
 vires ingenuae, salubre corpus ;
 prudens simplicitas, pares amici,
 convictus facilis, sine arte mensa ;

¹ One of the Fates.

² i.e. whom you promised to accompany.

³ Consider yourself as well as your friends.

⁴ This person requires (like Baeticus in III. cxxvii.) his edibles to be full-flavoured. Pliny (*N.H.* xv. 32 and 33) con-

back in your old age? Enjoyment *you* put off, but Atropos¹ does not also put off her spinning, and every hour is scored against you. You will have shown to your dear friend²—who would not praise this?—that your sacred word is more to you than life; yet return to your Sabine farm, and there at length abide, and count yourself one of your own friends.³

XLV

If my little books contain anything delicate and toothsome, if my flattering page has any ring of eulogy, this you call tasteless⁴ and prefer to gnaw a rib, although I offer you the loin of a Laurentine boar. You may drink Vatican if you are pleased with vinegar: my wine-jar does not suit your stomach.

XLVI

You want all you say to be smart, Matho. Say sometimes what also is good; say what is middling; say sometimes what is bad.

XLVII

THE things that make life happier, most genial Martial, are these: means not acquired by labour, but bequeathed; fields not unkindly, an ever blazing hearth; no lawsuit, the toga seldom worn, a quiet mind; a free man's strength,⁵ a healthy body; frankness with tact, congenial friends, good-natured guests, a board plainly spread; nights not spent

trasts the *pinguis sapor* of olives, bay-leaves, walnuts, and almonds with (*inter alia*) the sweetness of figs and the softness (*lenitas*) of milk.

⁵ *i.e.* the natural strength of a gentleman, not the coarse strength of a labourer: *cf.* III. xlv. 6; VI. xi. 6.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

nox non ebria sed soluta curis,
 non tristis torus et tamen pudicus; 10
 somnus qui faciat breves tenebras:
 quod sis esse velis nihilque malis;
 summum nec metuas diem nec optes.

XLVIII

NUNTIAT octavam Phariae sua turba iuvencae,
 et pilata redit tiamque subitque† cohors.¹
 temperat haec thermas, nimios prior hora vapores
 halat, et inmodico sexta Neronè calet.
 Stella, Nepos, Cani, Cerialis, Flacce, venitis? 5
 septem sigma capit, sex sumus, adde Lupum.
 exoneraturas ventrem mihi vilica malvas
 adtulit et varias quas habet hortus opes.
 in quibus est lactuca sedens et tonsile porrum,
 nec dest ructatrix mentha nec herba salax; 10
 secta coronabunt rutatos ova lacertos
 et madidum thynni de sale sumen erit.
 gustus in his; una ponetur cenula mensa,
 haedus inhumani raptus ab ore lupi,
 et quae non egeant ferro structoris ofellae 15
 et faba fabrorum prototomique rudes;

¹ *redit iam subitque cohors* Paley.

¹ The goddess Isis, whose temple was closed at the eighth hour: *cf.* Boissier, *Rel. Rom.* vol. ii. ch. 2 (3).

² Leeks were of two kinds (*cf.* iii. xlvii. 8), *capitatum*, where the bulbs were allowed to grow on the top of the

in wine, but freed from cares, a wife not prudish and yet pure; sleep such as makes the darkness brief: be content with what you are, and wish no change; nor dread your last day, nor long for it.

XLVIII

HER crowd of priests announces to the Egyptian heifer¹ the eighth hour, and the praetorian guard now returns to camp and another takes its place. This hour tempers the warm baths, the hour before breathes heat too great, and the sixth is hot with the excessive heat of Nero's baths. Stella, Nepos, Canius, Cerialis, Flaccus, do you come? My crescent couch takes seven: we are six, add Lupus. My bailiff's wife has brought me mallows that will unload the stomach, and the various wealth the garden bears; amongst which is squat lettuce and clipped leek,² and flatulent mint is not wanting nor the salacious herb;³ sliced eggs shall garnish lizard-fish⁴ served with rue, and there shall be a paunch dripping from the tunny's brine. Herein is your whet: the modest dinner shall be served in a single course—a kid rescued from the jaws of a savage wolf,⁵ and meat-balls to require no carver's knife, and beans, the food of artisans, and tender young sprouts;

stalk, and *sectile*, *tonsile*, or *sectivum*, where the stalks were cut young: cf. xl. lli. 6; see Mayor on Juv. iii. 293.

² *Eruca*, or rocket: cf. iii. lxxv. 3.

³ A poor fish: cf. vii. lxxviii. 1.

⁵ i.e. damaged, and thus cheaper. But the flesh of an animal that had been mangled by a wolf or other savage beast was supposed to be more tender: cf. iii. xlvi. 11; Plut. *Symp.* ii., *quaest.* 9.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

pullus ad haec cenisque tribus iam perna superstes
 addetur. saturis mitia poma dabo,
 de Nomentana vinum sine faece lagona,
 quae bis Frontino consule trima¹ fuit. 20
 accedent sine felle ioci nec mane timenda
 libertas et nil quod tacuisse velis :
 de prasino conviva meus venetoque loquatur,
 nec faciunt² quemquam pocula nostra reum.

XLIX

Cum potes amethystinos trientes
 et nigro madeas Opimiano,
 propinas modo conditum Sabinum
 et dicis mihi, Cotta, "Vis in auro?"
 quisquam plumbea vina volt in auro? 5

L

FRANGAT Idumaeas tristis Victoria palmas,
 plange, Favor, saeva pectora nuda manu ;
 mutet Honor cultus, et iniquis munera flammis
 mitte coronatas, Gloria maesta, comas.
 heu facinus! prima fraudatus, Scorpe, iuventa 5
 occidis et nigros tam cito iungis equos.
 curribus illa tuis semper properata brevisque
 cur fuit et vitae tam prope meta tuae?

¹ *trima* Heins, *prima* codd. ² *facient* β.

¹ Friedländer (Int. p. 65) states that Frontinus was made "consul for the second time along with Trajan on Feb. 20, 98." But can *bis* = *iterum*? Housman takes it with *trima*, and Athenaeus, i. 27 B, says that the wine was "fit for drinking after five years." To read *prima* would make M. offer an undrinkable wine: cf. i. cv.

BOOK X. XLVIII-L

to these a chicken, and a ham that has already survived three dinners, shall be added. When you have had your fill I will give you ripe apples, wine without lees from a Nomentan flagon, which was three years old in Frontinus' second consulship.¹ To crown these shall be jests without gall, and a freedom not to be dreaded the next morning, and no word you would wish unsaid; let my guest converse of the Green and the Blue;² my cups do not make any man a defendant.

XLIX

ALTHOUGH you drink from cups of amethyst and are drenched with dark Opimian, you give me to drink Sabine³ just laid down, and say to me, Cotta: "Will you drink in gold?" Does any man wish to drink leaden wines⁴ in gold?

L

LET Victory sadly break her Idumæan⁵ palms; beat, Favour, with cruel hand thy naked breast; let Honour change her garb; and do thou, sorrowful Glory, cast on the cruel flames the offering of thy crowned locks. Ah, crime of fate! Robbed, Scorpus,⁶ of thy first youth, art thou fallen, and so soon dost yoke Death's dusky steeds! That goal, whereto thy car sped ever in brief course, and swiftly won, why to thy life also was it so nigh?

² Factions of the charioteers in the circus.

³ A cheap wine: *cf.* Hor. *Od.* i. xx. 1. Opimian was a celebrated vintage of Caecuban: *cf.* i. xxvi. 7; iii. xxvi. 3.

⁴ *i.e.* worthless ones: *cf.* i. xcix. 15 (bad coin).

⁵ Idume was S. of Judæa, and was celebrated for its palms. ⁶ *cf.* x. liii.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

LI

SIDERA iam Tyrius Phrixei respicit Agni
Taurus et alternum Castora fugit hiemps ;
ridet ager, vestitur humus, vestitur et arbor,
Ismarium paelex Attica plorat Ityn.
quos, Faustine, dies, quales tibi Roma †Ravennae†¹ 5
abstulit ! o soles, o tunicata quies !
o nemus, o fontes solidumque madentis harenae
litus et aequoreis splendidus Anxur aquis,
et non unius spectator lectulus undae,
qui videt hinc puppes fluminis, inde maris ! 10
sed nec Marcelli Pompeianumque, nec illic
sunt triplices thermae nec fora iuncta quater,
nec Capitolini summum penetrale Tonantis
quaeque nitent caelo proxima templa suo.
dicere te lassum quotiens ego credo Quirino : 15
“Quae tua sunt, tibi habe: quae mea, redde mihi.”

LII

THELYN viderat in toga spadonem,
damnatam Numa dixit esse moecham.

LIII

ILLE ego sum Scorpus, clamosi gloria Circi,
plausus, Roma, tui deliciaeque breves,

¹ recessus Friedl.

¹ The Sun is in Gemini, having passed through Aries and Taurus. May has begun.

² Philomela (the nightingale) laments Itys, whom her sister Procne (the swallow) slew.

LI

Now looks the Tyrian bull back on the star of Phryxus' ram, and winter has fled from Castor in Pollux' place;¹ smiling is the field, earth is putting on her garb, the tree too its garb, the Attic adulteress mourns for Thracian Itys.² What days, Faustinus, what fair days of Ravenna³ has Rome robbed you of; O sunny hours, O rest in tunic clad! O thou grove, O ye founts, and thou shore of firm moist sand, and Anxur gleaming in the ocean waves, and the couch that views more waters than one, that marks on this side the river's⁴ ships, on that the sea's! Aye, and no theatres of Marcellus and of Pompey are there, nor there are the three warm baths,⁵ nor the four forums joined, nor the august shrine of the Capitoline Thunderer, and the temples that gleam nigh their own heaven.⁶ How often do I fancy you in your weariness saying to Quirinus: "What is yours keep to yourself; what is mine restore to me."

LII

NUMA saw the eunuch Thelys in a toga, and said he was a convicted adulteress.⁷

LIII

THAT Scorpus am I, the glory of the clamorous Circus, thy applause, O Rome, and thy short-lived

¹ Perhaps the name of his villa (Paley). But the text is corrupt.

⁴ The canal following the course of the Appian Way: cf. x. lviii. 4. ⁶ Agrippa's, Nero's, and Titus'.

⁶ The temple of the *Gens Flavia*: cf. ix. i. 8.

⁷ cf. ii. xxxix. 2.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

invida quem Lachesis raptum trieteride nona,
dum numerat palmas, credidit esse senem.

LIV

MENSAS, Ole, bonas ponis, sed ponis opertas.
ridiculum est : possum sic ego habere bonas.

LV

ARRECTUM quotiens Marulla penem
pensavit digitis diuque mensa est,
libras scripula sextulasque dicit ;
idem post opus et suas palaestras
loro cum similis iacet remisso,
quanto sit levior Marulla dicit.
non ergo est manus ista, sed statera.

5

LVI

TORIS, Galle, iubes tibi me servire diebus
et per Aventinum ter quater ire tuum.
eximit aut reficit dentem Cascellius aegrum ;
infestos oculis uris, Hygine, pilos ;
non secat et tollit stillantem Fannius uvam ;
tristia servorum stigmata delet Eros ;
enterocelarum fertur Podalirius Hermes :
qui sanet ruptos dic mihi, Galle, quis est ?

5

¹ One of the Fates.

BOOK X. LIII-LVI

darling. Me, snatched away in my ninth three years' span, jealous Lachesis,¹ counting my victories, deemed old in years.

LIV

You lay out, Olus, handsome tables, but you lay them out covered. Absurd! I can possess in this fashion handsome tables.

LV

OGNI volta che Marulla ha pesato colle dita l'eretto membro, e lungo tempo lo misurato, ne dice le libre, gli scrupoli ed i grani. Parimenti dopo l'opera e le sue giostre, quando giace simile ad un rilasciato cuojo, Marulla dice di quanto sia più leggiero. Questa dunque non è una mano ma una stadera.

LVI

ALL day, Gallus, you bid me serve you, and thrice, four times to mount your Aventine. Cascellius draws or stops the decayed tooth; the hairs that wound the eyes you, Hyginus, sear; without cutting Fannius heals a suppurating uvula; the degrading brands on slaves, Eros obliterates; of hernia Hermes is held a very Podalirius.² Who is there, Gallus, to mend the ruptured?³

¹ The physician of the Greek camp before Troy.

² *i.e.* those broken down (*cf.* IX. lvii. 4) by fatigue. There is a play on *ruptos*.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

LVII

ARGENTI libram mittebas ; facta selibra est,
sed piperis. tanti non emo, Sexte, piper.

LVIII

ANXURIS aequorei placidos, Frontine, recessus
et propius Baias litoreamque domum,
et quod inhumanae Cancro fervente cicadae
non novere nemus, flumineosque lacus 5
dum colui, doctas tecum celebrare vacabat
Pieridas ; nunc nos maxima Roma terit.
hic mihi quando dies meus est ? iactamur in alto
urbis, et in sterili vita labore perit,
dura suburbani dum iugera pascimus agri
vicinosque tibi, sancte Quirine, lares. 10
sed non solus amat qui nocte dieque frequentat
limina nec vatem talia damna decent.
per veneranda mihi Musarum sacra, per omnes
iuro deos, et non officiosus amo.

LIX

CONSUMPTA est uno si lemmate pagina, transis,
et breviora tibi, non meliora, placent.
dives et ex omni posita est instructa macello
cena tibi, sed te mattea sola iuvat.
non opus est nobis nimium lectore guloso ; 5
hunc volo, non fiat qui sine pane satur.

¹ M. ironically assumes that the pepper must be as valuable as the plate formerly sent.

BOOK X, LVII-LIX

LVII

A POUND of silver plate you used to send me ; it has become half a pound, and of pepper too ! I don't buy pepper so dear,¹ Sextus.

LVIII

THE calm retreat, Faustinus, of Anxur by the sea, and a nearer Baiæ, and a house by the shore, and the wood which the troublesome² cicadas have not discovered when Cancer flames, and the fresh-water canal—while I frequented these I had leisure along with you for allegiance to the learned Muses ; now mightiest Rome wears us out. Here when is a day my own ? I am tossed on the deep ocean of the city, and life is wasted in sterile toil while I maintain³ stubborn acres of suburban land and a house near to you, holy Quirinus. But he is not alone a lover who day and night haunts thresholds, and such loss of time ill befits a poet. By the Muses' rites, to be hallowed by me, by all the gods I swear : careless client as I am, I love you yet.

LIX

IF a column is taken up by a single subject, you skip it, and the shorter epigrams please you, not the better. A meal, rich and furnished from every market, has been placed before you, but only a dainty attracts you. I have no need of a reader too nice : I want him who is not satisfied without bread.

² An English traveller compares the chirping of the cicada in Italy to the "scream of the corn-craik."

³ i.e. spend more on it than it brings in : cf. X. xvi. 7 ; or, "live on the produce of" : cf. IX. lxxx. 2.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

LX

IURA trium petiit a Caesare discipulorum
adsuetus semper Munna docere duos.

LXI

Hic festinata requiescit Erotion umbra,
crimine quam fati sexta peremit hiemps.
quisquis eris nostri post me regnator agelli,
manibus exiguis annua iusta dato :
sic lare perpetuo, sic turba sospite solus 5
flebilis in terra sit lapis iste tua.

LXII ✓

LUDI magister, parce simplici turbae :
sic te frequentes audiant capillati
et delicatae diligat chorus mensae,
nec calculator nec notarius velox
maiore quisquam circulo coronetur. 5
albae Leone flammeo calent luces
tostamque fervens Iulius coquit messem.
cirrata loris horridis Scythae pellis,
qua vapulavit Marsyas Celaenaus,
ferulaeque tristes, scepra paedagogorum, 10
cessent et Idus dormiant in Octobres :
aestate pueri si valent, satis discunt.

LXIII

MARMORA parva quidem sed non cessura, viator,
Mausoli saxis pyramidumque legis.

¹ M. parodies the *jus trium liberorum*: cf. II. xci. 6; IX. xcvii. 6.

² cf. on the same subject v. xxxiv. and xxxvii.

BOOK X. LX-LXIII

LX

MUNNA, who was accustomed always to teach two, begged of Caesar the rights attached to three—pupils.¹

LXI

HERE in too early gloom rests Erotion whom, by crime of Fate, her sixth winter laid low. Whoe'er thou shalt be, the lord after me of my little field, to her tiny ghost pay thou year by year thy rites. So may thy roof-tree continue, so thy household live unscathed, and in thy fields this gravestone alone call forth a tear!²

LXII

SCHOOLMASTER, spare your simple flock; so in crowds may curly-headed boys listen to you, and a dainty bevy round your table be fond of you, and no arithmetic master or rapid shorthand teacher be ringed with a larger circle. The glaring days glow beneath flaming Leo, and blazing July ripens the parched grain. Let the Scythian's hide, thonged with bristling lashes, with which Marsyas³ of Celaenae was scourged, and the alarming ferules, sceptres of pedagogues, rest and sleep till October's Ides. In summer if boys are well, they learn enough.

LXIII

A MARBLE, O traveller, you read small in truth, but one that shall not give place to the stones of

¹ A famous piper who challenged Apollo to a musical contest on the terms that the loser should be dealt with as the winner chose. His statue stood in the Forum: *cf.* II. ixiv. 8.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

bis mea Romano spectata est vita Tarento
 et nihil extremos perdidit ante rogos :
 quinque dedit pueros, totidem mihi Iuno puellas, 5
 cluserunt omnes lumina nostra manus.
 contigit et thalami mihi gloria rara fuitque
 una pudicitiae mentula nota meae.

LXIV

CONTIGERIS regina meos si Polla libellos,
 non tetrica nostros excipe fronte iocos.
 ille tuus vates, Heliconis gloria nostri,
 Pieria caneret cum fera bella tuba,
 non tamen erubuit lascivo dicere versu 5
 " Si nec pedicor, Cotta, quid hic facio ? "

LXV

Cum te municipem Corinthiorum
 iactes, Charmention, negante nullo,
 cur frater tibi dicor, ex Hiberis
 et Celtis genitus Tagique civis ?
 an vultu similes videmur esse ? 5
 tu flexa nitidus coma vagaris,
 Hispanis ego contumax capillis ;
 levis dropace tu cotidiano,
 hirsutis ego cruribus genisque ;
 os blaesum tibi debilisque lingua est, 10
 nobis ilia fortius loquentur :¹

¹ *ilia f. loquentur* Haupt, *filia f. loquetur* β ; Friedländer suggests *loquantur*.

¹ *cf. Lib. Spect. i. 5.*

BOOK X. LXIII—LXV

Mausolus¹ and of the Pyramids. Twice was my life approved at Roman Tarentos,² and ere my pyre at last was lit it forfeited no virtue. Five sons, as many daughters Juno gave me; the hands of all closed my eyes. And rare honour fell to my wedded lot: one spouse alone was all that my pure life knew.

LXIV

POLLA,³ queen of women, if you shall handle my little volumes, with no frowning look greet my jests. He, your own bard, the glory of our Helicon, although on Pierian trump he made resound wild wars, yet did not blush to write in playful verse: "If I am not a Ganymede, Cotta, what do I here?"⁴

LXV

SEEING that you boast yourself a townsman of the Corinthians, Charmenion—and no one denies it—why am I called "brother" by you, I, who was born of the Iberians and Celts, and am a citizen of Tagus? Is it in face we look alike? You stroll about sleek with curled hair, my locks are Spanish and stiff; you are smoothed with depilatory daily, I am one with bristly shanks and cheeks; your tongue lisps, and your utterance is feeble; my guts will speak in

¹ A spot in the Campus Martius, where was an altar of Dis (Pluto): cf. iv. i. 8. The *Ludi Saeculares* were celebrated here, and had been held by Claudius in A.D. 47, and by Domitian in 88. Noble ladies (*γυναῖκες ἐπίσημοι*: Zos. II. v.) took part, and possibly they were bound to be of acknowledged character and virtue.

² The wife of Lucan the poet: cf. VII. xxi.

⁴ This line does not appear in Lucan's extant works.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

tam dispar aquilae columba non est
nec dorcas rigido fugax leoni.
quare desine me vocare fratrem,
ne te, Charmenion, vocem sororem. 15

LXVI

QUIS, rogo, tam durus, quis tam fait ille superbus
qui iussit fieri te, Theopompe, cocum?
hanc aliquis faciem nigra violare culina
sustinet, has uncto polluit igne comas?
quis potius cyathos aut quis crystalla tenebit? 5
qua sapient melius mixta Falerna manu?
si tam sidereos manet exitus iste ministros,
Iuppiter utatur iam Ganymede coco.

LXVII

PYRRHÆ filia, Nestoris noverca,
quam vidit Niobe puella canam,
Laertes aviam senex vocavit,
nutricem Priamus, socrum Thyestes,
iam cornicibus omnibus superstes, 5
hoc tandem sita prurit in sepulchro
calvo Plotia cum Melanthione.

LXVIII

Cum tibi non Ephesos nec sit Rhodos aut Mitylene,
sed domus in vico, Laelia, patricio,

¹ "Brother" and "sister" were often used in a disreputable sense: cf. II. iv. 3; Tib. III. i. 26.

BOOK X, LXV—LXVIII

stronger tone: a dove is not so unlike an eagle, nor a timid doe a savage lion. Wherefore cease to call me "brother" lest I call you, Charmenion, "sister"! ¹

LXVI

Who was he, I ask, so harsh, who was he so insolent that bade you, Theopompus, become a cook? Is this a face any man endures to mar with black kitchen-soot, these the locks he pollutes with greasy flame? Who in your stead will hold the ladles, or who the crystal cups? From whose hand shall the blended Falernian take sweeter savour? If such an end as that await attendants so heavenly-bright, let Jupiter now employ his Ganymede as cook.

LXVII

PYRRHA'S daughter, Nestor's step-mother, one whom Niobe, when a girl, saw as an old crone, old Laertes called his grandmother, Priam his nurse, Thyestes his mother-in-law, Plotia, having now outlived all the crows, ² is laid in this tomb at last, and by the side of bald Melanthon—itches with lust.

LXVIII

ALTHOUGH your home is not Ephesus, nor Rhodes, nor Mitylene, but a house, Laelia, in Patrician street, ³

¹ Crows were said to outlive nine (*Hes. apud Plut. De Def. Or. xi.*), or at least five (*Arist. Av. 609*) generations of men.

² Under the Esquiline in the middle of Rome: *cf. vii. lxxiii. 2.*

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

deque coloratis numquam lita mater Etruscis,
 durus Aricina de regione pater,
 κύριέ μου, μέλι μου, ψυχή μου congeris usque, 5
 pro pudor! Hersiliae civis et Egeriae.
 lectulus has voces, nec lectulus audiat omnis,
 sed quem lascivo stravit amica viro.
 scire cupis quo casta modo matrona loquaris?
 numquid, cum crisas, blandior esse potes? 10
 tu licet ediscas totam referasque Corinthon
 non tamen omnino, Laelia, Lais eris.

LXIX

CUSTODES das, Polla, viro, non accipis ipsa.
 hoc est uxorem ducere, Polla, virum.

LXX

Quod mihi vix unus toto liber exeat anno
 desidia tibi sum, docte Potite, reus.
 iustius at quanto mirere quod exeat unus,
 labantur toti cum mihi saepe dies.
 non resalutantis video nocturnus amicos, 5
 gratulor et multis; nemo, Potite, mihi.
 nunc ad luciferam signat mea gemma Dianam,
 nunc me prima sibi, nunc sibi quinta rapit.

¹ i.e. Roman, not Greek. H. was the wife of Romulus, E. of Numa, kings of Rome.

² Juvenal (vi. 192-5) seems to have copied the last two sentences.

³ A celebrated Corinthian courtesan.

BOOK X. LXVIII-LXX

and though your mother was one of the sunburnt Etruscans, and never rouged, your sturdy father one from the district of Aricia, you are continually heaping on me in Greek "my lord," "my honey," "my soul"—shameful! although you are a fellow-citizen of Hersilia and Egeria.¹ Let a couch hear such phrases, nor even every couch, but only that which his mistress has laid out for an amorous paramour.² You want to know how you are to speak as a chaste matron? Can you be more alluring when your gestures are lewd? You may learn by heart and reproduce all the ways of Corinth, yet nohow, Laelia, will you be a Lais.³

LXIX

You set watchers over your husband, Polla, but do not receive them yourself. This, Polla, is to take your husband to wife.⁴

LXX

BECAUSE scarcely one book of mine is published in a whole year, I am by you, learned Potitus, accused of laziness. But how much more justly should you wonder that one is published at all, when often whole days of mine slip away. Before daybreak I call on friends who do not return my call, and I offer congratulations to many: no one, Potitus, offers them to me. Now my signet-ring seals a document at the temple of Diana the Light-bringer;⁵ now the first hour, now the fifth hurries me off. Now consul

⁴ Husbands often set watchers over their wives: *cf.* Tac. *Ann.* xi. 35. To return the compliment, says M., is to convert a husband into a wife: *cf.* viii. xii.

⁵ On the Aventine (*cf.* vi. lxiv. 13), far from M.'s house on the Esquiline.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

nunc consul praetorve tenet reducesque choreae ;
 auditur toto saepe poeta die. 10
 sed nec causidico possis inpune negare,
 nec si te rhetor grammaticusve rogent.
 balnea post decumam lasso centumque petuntur
 quadrantes. fiet quando, Potite, liber ?

LXXI ✓

Quisquis laeta tuis et sera parentibus optas
 fata, brevem titulum marmoris huius ama.
 condidit hac caras tellure Rabirius umbras ;
 nulli sorte iacent candidiore senes :
 bis sex lustra tori nox mitis et ultima clusit, 5
 arserunt uno funera bina rogo.
 hos tamen ut primis raptos sibi quaerit in annis.
 improbius nihil his fletibus esse potest.

LXXII

FRUSTRA, Blanditiae, venitis ad me.
 adtritis miserabiles labellis :
 dicturus dominum deumque non sum.
 iam non est locus hac in urbe vobis ;
 ad Parthos procul ite pilleatos 5
 et turpes humilesque supplicesque
 pictorum sola basiate regum.
 non est hic dominus sed imperator,
 sed iustissimus omnium senator,

BOOK X. LXX-LXXII

or praetor detains me, and his escorting band;¹ often a poet is listened to a whole day long. Then also you cannot with impunity refuse a pleader, nor if a rhetorician or grammarian were to ask you. After the tenth hour, fagged out, I make for the baths and my hundred farthings.² When, Potitus, shall a book be written?

LXXI

WHOE'ER thou art who for thy parents prayest for a happy and a late death, regard with love this marble's brief inscription. In this earth Rabirius has hidden dearly-loved shades: with fairer lot none of the old lie in death. Twice six lustres of wedded life one night, kindly and their latest, closed; on one pyre two bodies burned. Yet he looks for them as if they had been snatched away from him in early years: naught more unwarranted can be than such a lament.

LXXII

IN vain, O ye Flatteries, ye come to me, wretched creatures with your shameless lips; I think not to address any man as Master and God.³ No longer in this city is there place for you; fly far off to the turbaned Parthians, and kiss—base, crawling and suppliant as ye are—the soles of bedizened kings. No master is here, but a commander, aye, a senator most just of all,⁴ by whose means rustic Truth with

¹ *i.e.* escorting a magistrate home from some function; *cf.* II. lxxiv. 2; XI. xxiv. 1.

² *cf.* III. vii. 3.

³ A title assumed by Domitian, now dead.

⁴ Trajan.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

per quem de Stygia domo reducta est 10
 siccis rustica Veritas capillis.
 hoc sub principe, si sapis, caveto
 verbis, Roma, prioribus loquaris.

LXXIII

LITTERA facundi gratum mihi pignus amici
 pertulit, Ausoniae dona ~~†severa†~~¹ togae,
 qua non Fabricius, sed vellet Apicius uti,
 vellet Maecenas Caesarianus eques.
 vilior haec nobis alio mittente fuisset; 5
 non quacumque manu victima caesa litat:
 a te missa venit: possem nisi munus amare,
 Marce, tuum, poteram nomen amare meum.
 munere sed plus est et nomine gratius ipso
 officium docti iudiciumque viri. 10

LXXIV

IAM parce lasso, Roma, gratulatori,
 lasso clienti. quamdiu salutator
 anteambulones et togatulos inter
 centum merebor plumbeos die toto,
 cum Scorpis una quindecim graves hora 5
 ferventis auri victor auferat saccos?
 non ego meorum praemium libellorum
 (quid enim merentur?) Apulos velim campos;
 non Hybla, non me spicifer capit Nilus,
 nec quae paludes delicata Pomptinas 10

¹ *sera* (pro *severa*) γ, *superba* Heins.

¹ F. is a type of early simplicity; A. and M. of modern luxury.

BOOK X. LXXII—LXXIV

her unperfumed locks has been brought home from her abode by Styx. Under such a prince, if thou art wise, beware, O Rome, to speak the words thou didst before.

LXXIII

THE letter of my eloquent friend has brought me a welcome pledge of love, the staid gift of an Italian toga, which not Fabricius,¹ but Apicius would have been glad to wear, glad too Maecenas, Caesar's knight. Less prized would it have been if another sent it: 'tis not the victim slain by every hand that wins favour. By you 'tis sent and comes; if I could not love your gift, Marcus, I could love at least my own name.² But more than the gift, and more welcome than the name itself, is the attention and judgment of a learned man.

LXXIV

AT length spare, O Rome, the weary congratulator, the weary client! How long, at levees, among the escort and the full-dressed throng, shall I earn a hundred worthless farthings³ in a whole day, whereas in a single hour, Scopus, a winner of the race, bears off fifteen bags of gleaming gold? I would not as reward for my little books—for what do they deserve?—wish for Apulian plains;⁴ nor does Hybla or corn-bearing Nile allure me, nor the dainty Setine

² M.'s name was perhaps embroidered on the toga. Or M. may mean, "I value the gift as coming from another Marcus."

³ The usual client's dole.

⁴ Celebrated for wool: cf. II. xlvi. 6; VIII. xxviii. 3.

THE EPIGRAMS OF MARTIAL

ex arce clivi spectat uva Setini.
quid concupiscam quaeris ergo? dormire.

LXXV

MILIA viginti quondam me Galla poposcit
et, fateor, magno non erat illa nimis.
